& Palu. d. 17. & Gab. Sed de aliis eſt dubiũ, quando nec verbo, nec ſigno fit confeſsio. fr. Antonius à Corduua minorita in ſuo de indulgentiis. q 39. relicta opinione Abul, & Medinæ tenet poſſe eſſe abſolutionem ſacramentalem in tali caſu, & probat multis rationibus. Vide ibi latè. Nec contra hãc opinionem facit Conc. Florentinum, nec Tridentinum, vbi videtur neceſſaria cauſæ cognitio, quia debent intelligi regulariter, quando id fieri poteſt. Hæc opinio eſt valde fauorabilis pro indis, quãdo religioſus confeſſor nõ poteſt habere cauſæ cognitionem ob defectum cognitionis idiomatis indorum, & videtur facere in fauorem priuilegii Cõceſſi. ordini. S. Hieronimi, vt gratia, quam habẽt religioſi, vt poſsint plenarie abſolui, intelligatur etiam de peccatis quocumq. tempore cõfeſsis, licet tunc ea non confiteantur, vt habetur in compendio verbo. abſolutio extrahordinaria quo ad fratres. §. 13. Et idem frater Antonius à Corduua ibi in 2. dicto ait. Quando infirmus in articulo mortis perdidit iam loquelam ſimul & vſum rationis: ſi ante petierat ſacramentum confeſsionis & alia ſacramenta ſeu confeſſorem, ſeu ſi oſtendat ſigna

con